BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 280r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nat quis pro amicis suis. Vos
amici mei estis: si feceritis que
ego praecipio vobis. Iam non dicam
vos seruos: quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos: quia omnia quecuq; a
audiui a patre meo nota feci vo
bis. Non vos me elegistis. sed ego
elegi vos: et posui vos ut eatis
et fructum afferatis: et fructus
vester maneat: ut quecuq; petieri
tis patrem in nomine meo det vob
his mando vobis: ut diligatis in
uicem. Si mundus vos odit: scito
te quia me priorem vobis odio
habuit. Si de mundo fuissetis: mun
dus quod suum erat diligeret. Quia
vero de mundo non estis. sed ego e
legi vos de mundo: propterea odit
vos mundus Memento sermonis
mei: quem ego dixi vobis. Non est
seruus maior domino suo. Si me per
secuti sunt et vos persequent. Si
sermonem meum seruauerunt: et vestrum
seruabunt. Sed hec omnia facient vo
bis propter nomen meum: quia nesci
unt eum qui misit me. Si non veni
sem et locutus fuissem eis: peccatum
non haberent. Nunc autem excusationem
non habent de peccato suo. Qui me
odit: et patrem meum odit. Si opera
non fecissem in eis que nemo alius
fecit: peccatum non haberent. Nunc
autem et viderunt et oderunt: et
me et patrem meum. Sed ut adimple
atur sermo qui in lege eorum scriptus
est: quia odio habuerunt me gratis.
Cum autem venerit paracletus
quem ego mittam vobis a patre: spiritum
veritatis qui a patre pro
dit: ille testimonium phibebit de
me. Et vos testimonium phibebitis
quia ab initio mecum estis. XVI
Et locutus sum vobis: ut non
scandalizemini. Abiciet enim sna
gogis facient vos. Sed ve
nit hora: ut omnis qui interficit vos
arbitretur obsequium se prestare deo
et hec facient vobis: quia non no
uerunt patrem neque me. Sed hec lo
cutus sum vobis: ut cum venerit
hora eorum reminiscamini: quia ego
dixi vobis. Hec autem vobis ab initio
non dixi: quia vobiscum eram
et nunc vado ad eum qui misit me
et nemo ex vobis interrogat me
quo vadis. Sed quia hec locutus
sum vobis: tristitia implebit cor
vestrum Sed ego veritatem dico vo
bis. expedit vobis ut ego vadam
Si enim non abiero: paracletus non
veniet ad vos. Si autem abiero:
mittam eum ad vos Et cum venerit
ille arguet mundum de peccato et de
iustitia et de iudicio. De peccato
quidem: quia non crediderunt in me
De iustitia vero quia ad patrem va
do: et iam non videbitis me. De iu
dicio autem: quia princeps mundi hu
iam iudicatus est. Adhuc multa ha
beo vobis dicere: sed non potestis por
tare modo Cum autem venerit ille
spiritus veritatis: docebit vos omnem
veritatem. Non enim loquetur a semet
ipso: sed quecuq; audiet loquetur
et que ventura sunt annuntiabit
vobis. Ille me clarificabit: quia
de meo accipiet: et annuntiabit vob
ad modicum et iam non videbitis me
et rursum modicum et videbitis me:
quia vado ad patrem. Dixerunt ergo
ex discipulis eius ad inuicem Quid
est hoc quod dicit nobis modicum et
non videbitis me. et rursum modicum
et videbitis me et quia vado ad
patrem. Dicebat ergo. Quid est hoc
quod dicit modicum Nescimus quid lo
quitur. Cognouit autem ihus quia vole
bant eum interrogare: et dixit eis